

De Sancta

Margareta

Ubiq; et in omnibus institutus sum etc.
 Pravam necessitatem quod habuit spiritus liber-
 tate. **Cor. iij.** Ubi spiritus domini ibi libertas
 dem desperationem. quod habuit omnimodam
 spei firmitatem. **Debre. vi.** Confugim; ad
 tenendum propositam spem. Tercio promenda-
 tur a fructuosa remuneratio cum subiungi-
 tur. Sedebitis super sedes. **xij. in q** remu-
 ratione tria erunt. Primo regalis dignitas
 cum dicitur Sedebitis. Habebunt enim regale
 dominum **Sap. v.** Accipiens regnum deco-
 ris. regale territorium. **Ibid.** et dyadema regni
 de manu dei sui. regale sceptrum **Sap. x.** Do-
 nec affert illi sceptrum regni. Regale habitum
Prover. xvi. Bisus et purpura vestimen-
 tum eius. Regale solium. **Luc. xxiij.** Sede-
 bitis super thronos. **xij.** Secundo in ip-
 sa remuneratio erit magna dei liberalitas
 etiam in presentia. quod quidem quatuor modis po-
 teli intelligi. scilicet aut quantum ad temporalium di-
 scretam possessionem. quod avari possident ea ut
 secum. sancti vero ut uti. que possessio
 est temporalibus in centuplo melior. aut quan-
 tum ad spiritualium acquisitionem. ac si dicat
 dominus Spiritualia precipiet que temporalibus proparata
 excedunt. sicut maior numerus minorum
 numerum excedit. Aut quantum ad suffragiorum
 ecclesie participationem. Illi enim qui sunt de
 ecclesia tantum numero presentia adinuicem precipi-
 pare substantiam suam. Illi vero qui sunt nu-
 mero et merito presentia adinuicem precipare me-
 rita sua. que participatio in centuplum meli-
 or est quam prima. Aut quantum ad religiosorum
 inter se communicationem. qui sepe pro uno fra-
 tre carnali vel dono temporalium centuplum accipi-
 unt. Tercio in illa remuneratio erit eter-
 na felicitas cum dicitur et vitam eternam possi-
 debit. Hoc namque quod dicitur vitam respicit
 illos qui sunt in inferno. qui non habent vitam
 sed mortem. Et hoc quod dicitur eternam respicit
 illos qui sunt in mundo. qui etsi habent vitam
 habent eam transitoriam et caducam. Hoc autem
 quod dicitur. possidebitis respicit illos qui sunt
 in purgatorio. qui etsi habituri sunt vitam.

non tamen sunt in possessione. Illi namque qui
 sunt in celo habent et vitam sine morte. et eterni-
 tatem sine fine. atque possessionem sine expecta-
 tione.

De sancta Margareta virgine.

Sermo primus.

Ipsa conteret
 caput tuum **Gene. iij.** Quamvis
 beata margareta fuerit puella
 tamen preiuit caput patris proprii. dyaboli. ac ti-
 ranni. Pater namque suus intentebat eam tra-
 here ad cultum ydolorum. sed ipsa istud caput
 sue intentionis preiuit. quod eius societatem fu-
 git et oues sue nutricia pascebat. Pericu-
 losum namque est bonis cum malis stare et ma-
 lis cohabitare. quod mali sunt igne percipie in-
 flammari et ideo boni sepe inficiuntur a malis
 Sunt luto auaricie inquinari. et ideo sepe in-
 ficiuntur Sunt pice adhxrentis supbie in-
 fecti. et ideo sepius denigrantur Sunt tene-
 bris ignorantie obscurati. et ideo sepe a ma-
 lis illis obfuscantur. Beata igitur margare-
 ta noluit habitare cum malis ne aut inflam-
 mare igne percipie. aut inquinare luto au-
 uaricie. aut inficere pice supbie. aut obfu-
 scare tenebris ignorantie. Secundo co-
 teruit caput tyranni qui in superbiam ela-
 tus cultum christi euacuare volebat. sed caput
 sue clarioris ipsa preiuit et cultum christi de-
 fendit. et in nullo presentire voluit. Et ideo
 quintuplex certamen passa fuit. Primo
 quod in eculeo fuit suspensa Ideo enim fuit
 in aere cruciata. ad ostendendum quod ad-
 huc non fuit in celo. quia ibi sunt beati. nec
 erat in terra. quia ibi sunt avari. sed erat
 in medio. quia ibi sunt perfecti. Habebat
 enim supra se celum ad desiderandum. et
 infra se mundum ad despiciendum. Iux-
 ta illud **Proverbio. xv.** Celum sursum
 et terra deorsum. Secundo fuit adusta sed
 non combusta. nec mirum. quia habebat
 interius gratiam afflantes. **Danielis. iij.**

Fecit medius fornacis quasi ventū toris
flantem. scientiam delectantes. **Prover.**
xv. Secura mens quasi iuge conuiuium
Spem lenificantem. **Ro. xij.** Spe gaudē
tes. in tribulatione patientes. Carnē vitē
gineam refrigerantem. Unde dictum fuit
marie Virtus altissimi obumbrabit tibi.
ideo poterat dicere illi **Eccle. liij.** In me
dio ignis non sum estuata. Fuit enim in
medio ignis. qz habuit carnem pugnā
tem. **Gal. v. ca.** Caro concupiscit aduersus
spiritum et spūs aduersus carnē et cetera.
Demonem instantē **Job. xij.** Alitus ei?
prunas ardere facit. Dominē sollicitatē
qz prefectus eam in vxorem accipere cu
piebat. Pulcritudinem allicientem que
iam multas feminas procolor decepit
et adhuc quondie decipit. **Prover. vlti.**
Fallax gratia et vana est pulcritudo. **Ter**
cio fuit in aquis gelidis cruciata. postqz
enim in igne fuit cruciata fuit in aqua fr
gidissima posita. Et ista est tam seuisima
pena vt etiam fiat in inferno **Job. xxiij.**
Ab aquis niuū transibunt ad calorem ni
mum. Unde etiam tunc factus est terre
motus ac si terra non posset tantum faci
nus sustinere. Aliquando fit terremotus
in signum doloris. Aliquando in incussi
onem timoris. et sic mora fuit in passione
et resurrectione christi vt et ostenderet dolo
rem et custodes detereretur. **Terremotus** igit
factus est in passione sancte margarete in
tanti sceleris detestationem. ad doloris et
compassionis ostensionem. et in timoris
incussionem et in peccatorū magnam pū
sionem. **Quarto** fuit decollata et in sua de
collatione tria maxima fuerūt. **Primū** est
deuota oratio qz ad exemplum xpi deo se
recomendauit Christus quidē in sua pas
sione patri spm recomendauit et pro suis
crucifixoribz intercessit. et p oibz fidelibz
erorauit **Jo. xvij.** **Nō** p eis autē rogo m
sed etiam p his qui credituri sunt p vbu
eorum. et sic beata margareta orauit deū

p se et p suis occisoribus. et p ipsam in
uocantibus. Fuit etiam in passione eius
custodia angelica. quia ipsi angeli ipsam
custodiuerunt ad martiriū pperantem. in
tormentis existentem et ad celum ascēde
tem **Judith. xij.** Custodiuit me angelus
dñi et hinc euntem et ibi pmoantē et inde
huc reuerentem. Fuit etiam in passione
eius celestis armonia et merito. qz sponse
solent deduci ad sponsum cum canticis et
laudibz **Apo. xix.** Gaudeamus et exulte
mus et demus gloriam deo qm venerunt
nupne agni. **Quinto** eius passio fuit
passioni christi multum pformis effecta.
Christus enī fuit denudatus in patibulo
margaretaqz fuit expoliata i eculeo. **Chri**
stus fuit flagellatus ad colūnam vt disci
plinam p nobis portaret. **Margareta** at
fuit tota virgis lacerata. vt post hanc vi
ram aliam non sentiret disciplinam. **Chri**
stus fuit pforatus clauis. et beata marga
retha fuit lacerata ungulis. **Christus** pas
sus est in patibulo. quod quidē erat sup
plicium latronū et malefactorū infamum
Margareta vō passa est in eculeo quod
erat supplicii puerorū et malorū. **Christus**
totus fuit sanguine plenus. **margareta** in
eculeo tota fuit sanguine creuentata. **Chri**
stus passus est in aere. ad innuendum q
ipse est mediator dei et hominū. sic beata
margareta passa est in aere ad innuendū
q ipsa ē nostra mediatrix apud deū. **Ter**
cio pruiuit caput scz suggestionem demo
nis. ipse quidem demon habet magnā po
tentia supbiam astutia expientiam et frau
dulentiā. **Ista** quinque notant **Apoc. xij.**
Proiectus est draco ecce quante potētie
magnus ecce quāte supbie. serpens ecce
quante astutie. antiquus ecce quante ex
pientie qui seducit vniuersum orbem ecce
quāte fraudulētie. **His** quibz armis cū
brā margareta pugnare voluit. hī ipa oīa
pruiuit. **Fregit** ei? potētia qm ipm i specie
draconis virtute crucis euanescente fecit.

Fregit eius superbiam. qñ pedem supra collū eius posuit. Fregit eius astutiā. qz coactus est dicere qd iō sibi apparuerit. vt sibi pñleret qd monitis pñsidis obediret. Fregit eius maliciā. qz ipē beate margarete in nullo nocere potuit. Fregit eius expectantiā. qz i nullo suis suggestuombz alienare voluit.

De eadem

Sermo. ij.

Simile est regnū celozū thesauro abscondito in agro. Matth. xij. In isto euangelio qd ad honore beate margarete legitur quatuor sunt videntia. Primo quid significet p thesaurū. Est aut thesaurus iste de quo loquit. 1. Cor. iij. Si qd edificauerit sup fundamentū hoc auz. argentū et lapides preciosos. est aut auz. virginitas. argentū fides. lapides preciosi opa pietatis. Iste triplex thesaurus fuit in beata margareta. Ipsa nāqz habuit virginitatē integrā. fidem sincerā. et opa nonē sollicitā. Significat aut virginitas paup. qz auz non amittit fulgore suū nec ignis adustione. nec lūm inuolutōne. nec tps antiquitate. sic et fulgor vrginitatis non minuit igne pcupie. Sicut enim splendor lucet in speculo. sic et virginitas i corpe tereno. et sicut ignis lucē suā nō cōburit. sic pcupia virginitatem non adurit. Et sicut ymago dei in viris scis vetustate nō inficitur. sic et ipsa ex diuturnitate tps renouat. 1. Cor. iij. Licer is qui foris ē nē hō corrumpit. tñ is qui intrus est renouat de die in diē. Sed fides significat per argentū. Fides nāqz cātur a verbo dei. fm illud Ro. x. Est aut fides ex auditu. auditus aut pñterbū dei. De isto dñs ps. Eloqā dñi eloquia casta et c. Ex quibz vñbis habetur qd fides catholica ē casta p puritatem sincerā. qz ipsa nulla adulterina falsitate polluit. qd est p fidē hērencōz. Est examinata p tribulatoz immixtam. qz nulla aduersitate frangit qd est p fidē instabiliū. Estqz pbata per pspicitatē mundanā. qz

nulla terrena pspicitate alliciē. qd est ptra hōē auaroz. Est purgata p spū sancti gratiā. qz septiformi dono spū sancti fulcitur qd est p fidem maloz xpianoz. Opa aut bona significant per lapides preciosos. Iapis aut preciolus excellit auz et argentiū in splendore. in valore. et in virtute. et ideo nec auz virginitatis nec argentū fidei. coram deo lucent. nec aliquid valent. nec aliquid pñt pñcere sine bonis operibz. Nā aut bonis adornantibz operibz fulgent et decorant tunc magnū hñt splendore valorem. et virtutē. De virtute fidei per bona opera dñs Hebr. x. Sancti per fidem vice runt regna et c. De virtute et pulchritudine virginitatis p bona opa etiam dñs Sap. iij. Qz pulchra est casta generatio cum claritate et c. Secūdo videndū est quid sit iste ager. qui quidē est triplex. scz corporalis spūalis. et tpalis. Ager corporalis est ipsum corpus. in quo inuenitur thesaurus virginitatis et castitatis. 1. Cor. iij. Habemus thesaurum istū in vasis fictilibz. Quāuis aut istud vas sit terrenū tñ debet esse mundū per puritatem. pictum p morū honestatē. et excoctum p caritatē. 1. Thess. v. Sciat vnusquisqz vestrū vas suū possidere in sanctificatōe. ecce quia debet esse mundum. et honore. ecce quia debet esse pictum. non in passione desiderij. ecce quia non debet igne pcupiscentie. sed igne sancti spiritus inflammati. Ager spiritus alis est ammus in quo inuenitur thesaurus fidei. Roma. x. Corde creditur ad iusticiā et c. Virginitas namqz est in corpore. bona autem opa sunt in exteriori exhibitione. Sed ipsa fides radicatur in corde. Erratio est. Nam si aliquis oppressor virginitatem alicui abstulerit. propter hoc illa persona oppressa ipsam virginitatem non perdit. Unde dicit sancta lucia. Si me remittentē et inuitā violaueris. castitas mibi duplicabitur ad coronam. Si autem aliquis raptor alicui tempale

substantiā rapuerit ppter hoc deū nō pdit
qz p patientiā ⁊ alia bona opa potest me-
reri. q̄uis sibi bona sua tēporalia fuerint
ablata ⁊ surrepta. sed si fides subripit p
certo. tunc deus pdit ⁊ totum spirituale
edificium subruit. Et ideo necesse fuit vt
in corde radicaretur. Ager temporalis est
ipsa terrena possessio in qua debet esse the-
saurus bonorū opēz. i. elemosinarū. **Pro-**
uer. iij. **Donoza deū de tua substantia rē.**
Qui eū modo honorat deum de substan-
tia dominus ipsum honorabit in sua glo-
ria. ⁊ loco qz statuer eū a terris. ⁊ verbo
cum dicer. **Esuriui ⁊ dedistis mihi man-**
ducare. ⁊ facto. cum dicer. **Venite benedi-**
cti p̄pate regnum patris mei. **Tercio**
videndum est qualiter iste thesaurus abs-
condit. **Thesaurus eū castitatis abscon-**
ditur per carnis maceratiōem. i. Cor. ii.
Castigo corpus meum ⁊ in seruitutem re-
digo. Custodit enim ⁊ abscondit thesau-
rus castitatis p̄ sensuū cohibitiōē. Job.
xxi. **Depigi fedus cum oculis meis rē.**
Per fugam ⁊ elongatiōem. i. Cor. vi.
Fugite fornicatiōem rē. Thesaurus autē
fidei cum sit radix omniū bonorū debet ab-
scondi ab estu male inflammāte a frigore
male humiliante. ⁊ a diabolica tempta-
tione male infestante. vnde. ps. **Incesa**
igni. quo ad amorem male inflāmantem
⁊ suffocata. quo ad timorem male humili-
antem. Fiat manus tua sup virū terre
tue. que scilicet p̄primat insultum diaboli
male infestantem. Thesaurus autē bono-
rum opēz abscondi debet ab hūana laude
Matth. vi. **Cum facis elemosinam noli**
tuba canere aū te rē. A negligentia ⁊ tor-
pore. Osee. viij. **Comederūt alieni robur**
eius ⁊ ipse nesciuit. Ab indiscreto feruore
Isa. xviij. **Ante messē totus effloruit ⁊**
immatura plantatio geminavit. Quar-
to est vidēdum qualiter iste thesaurus e-
mitur. Siquidem emit dādo dō p̄pū
affectum. proprium sensum. ⁊ proprium

rebutū siue censum. **Qui eū vult emere**
thesaurū castitatis det deo proprium suū
affectū vt nihil diligit nisi deū seu spon-
sum celestem. Est ei zelotipus ⁊ non vult
cum adultero adamari. Isa. xxviij. **Co-**
angustatum est strātū ita vt alter decadat
rē. Qui vult emere thesaurum fidei debz
deo p̄pūm sensum ⁊ totam suam intelli-
gentiam applicare scdm illud. ij. Cor. i.
In ciuitatem redigētes omne intellectū
in obsequiū christi. Qui autē vult emere
thesaurū meritorū vendat deo p̄pūm cen-
sum bona sua pauperibus largiendo. Mat-
th. xix. **Si vis p̄fect⁹ esse vade ⁊ vende**
ea que habes ⁊ da pauperibus ⁊ habebis
thesaurū in celo.

Eodem die Sermo. iij.

Simile est regnum celoz homini
negociatori querenti bonas mar-
garitas rē. Negociator iste est
christus de quo tria ponūt. i. eius officiū
cū dicit. **Homini negociatori. Eius su-**
dium cum dicit. **Querenti bonas marga-**
ritas. ⁊ eius p̄mercium cum dicit. **Inue-**
ra autē vna preciosa margarita dedit rē.
Circa primum norandū q̄ sicut dicit
Augustinus super illud Hebr. secundo.
Liberaret eos qui timore mortis ⁊ cetere
Christus in hunc mundum tanq̄ nego-
ciator venit ⁊ tres merces a nobis acce-
pit scilicet nasci. laborare ⁊ mori. Et tres
suas merces nobis portauit scilicet renasci.
resurgeret in eternum regnare. Accepit dē
a nobis nasci. Isaie nono capitulo. Par-
uulus natus est nobis. Dedit autē nobis
renasci Iohannis primo capitulo. De-
dedit eis potestatem filios dei fieri. ⁊ Iohā-
nis tercio capitulo. Nisi quis renatus fu-
erit ex aqua ⁊ spiritu sancto nō intrabit in
regnum celorum. Secundo accepit a no-
bis mori ad Philippē. secundo capitulo
Christus facinus est obediens pro nobis
vsqz ad mortem. mortē autē crucis. Mo-
bis autem dedit resurgere. Iohānis. vi.

Ego resuscitabo eum in nouissimo die.
Tercio accepit a nobis laborare. **Mat.** ip
 se laborauit corde dolendo et patiente. **I**
 sai. liij. Pro eo q laborauit anima eius
 et laborauit enā ore clamando et predi
 cando. **ps.** Laborauit clamans rauce facie
 sunt fauces mee. Laborauit oculis pluri
 essendo. **ps.** Laborauit in gemitu meo la
 uabo p singulas noctes lectum meū et.
 Laborauit toto corpe penas et dura suppli
 cia sufferendo. **Isa.** i. Laborauit sustinens
 et. Dedit aut nobis regnare. **Lu.** iij. No
 lite timere pusillus grex qm placuit patri
 meo dare uobis regnū. **Secundo** ponit isus
 us mercatoris studiū cum dicit. Querenti
 bonas margaritas. Dicunt aut sancti et
 maxime ista sancta Margareta quinqz d
 causis margarite. Primo ex eo q fuit ce
 lesti rore generata. Ipsa nāqz cor suū ape
 ruit et rorem spūs sancti accepit. ac sugges
 sioni dyabolice pclusit. et sic preciosa et no
 bilis margarita generata fuit. Apuit ad
 deū suam memoriā et ibi recepit dei prinu
 am recordatiōem. Suam intelligentiam.
 et ibi pcepit dei cognitiōem. Suam volun
 tatem. et ibi pcepit dei amorem. **Secundo** di
 citur margarita. qz fuit fulgida et hoc tam
 in carne p virginalem pudiciā qz in mē
 te per intentiōem sinceram. qz in puerfatio
 ne per lucidā famam. **Sap.** iij. Q qz pul
 chra est casta generatio cū claritate. Ipsa
 namqz habuit pulchritudinē intentionis
 in mente. castitatem in corpe. claritatem
 in puerfatione. **Tercio** dicit margarita.
 qz fuit parua per humilitatem. Quanto
 enim fulgidior erat in p̄spectu dei tanto es
 rat humilior in cōspectu suū ipsius. Sepe
 enim res lucide nigz habent effectum. si
 cut ostendit augus. in libro de ciuitate dei
 triplici exemplo. Nam oleum lucidum ni
 gras lacrimas effundit. Argentum fulgi
 dum nigras lineas ringit. Ignis splendi
 dus facit cuncta nigra que lambit. Sic et
 sancti viri quantumcūqz luceant instar

olei per pietatem. instar ignis per caritatē
 instar argenti per fame sonoritatē. tamē
 debent in se ingrescere per humilitatē. **Sā**
 cta autem margareta fuit parua coram se
 per humilitatem. sed magna corā tyrann
 no per p̄stantiam et magnanimitatē. **Ne**
 dioctis autem coram fidelibz per socialiē
 cohabitationem. **Job.** iij. Paruus et ma
 gnus ibi sunt et seruus et liber a domo suo
 In domo enim dei sancti viri sunt. et sunt
 parui seipsos humiliando. et sunt magni
 tyrannos premnendo. et sunt liberi sociali
 ter uiuendo. **Quarto** dicitur margarita
 qz fuit solida. Non enim potuit p̄ueniri
 a patre per blandiciā adulationem. nec
 frangi ab ipso tyranno per tormentorum
 illationem. nec p̄forari a dyabolo p tem
 ptationum inuisionem. **Mat.** xij. De
 scendit pluuia. id est patris aduatio que
 uidet habere vim refrigerandi. flauerunt
 venti. i. temptationes dyaboli. x. uenerunt
 flumina. i. tormenta tyranni. et ipsam ob
 ruere non potuerunt. **Quinto** dicit mar
 garita. quia fuit uirtuosa. Ipsa enim ma
 gnā uirtutem ostendit in aere. qz ibi fuit
 in eculeo suspensa. nec tamen in animo
 lesa. In igne. qz ibi fuit posita sed nō adu
 sta. In aquis. qz in aquis fuit posita et p
 mansit ilesa. In terra quia ipsa terra fuit
 tremore p̄cussa. **Tercio** ponit isus mer
 caroris p̄merciū cum dicitur. Abiit et vē
 didit vniuersa que habuit et emit eam.
 Iste nāqz mercator quatuor habuit. que
 omnia vendidit ut istam emeret margari
 tam scz ueritatem. animam. carnem et san
 guinem. Ueritatem quidē dat nobis in p̄
 mium. **ps.** Adimplebis me leticia cum
 vultu tuo. Animā uero dedit nobis in pre
 cium. De hoc. **Mat.** xx. Venit filius ho
 minis nō ministrari sed ministrare et dare
 aiam suam in redemptiōem p multis. Car
 nem et sanguinē in remediū. Nō quidem
 erat famelicus. sitibundus. et infirmus.
 Quia g erat famelicus dedit nobis car

nem suam in cibum. quia sitibundus dimisit nobis sanguinem suum in potum. Quia vero fuit infirmus dimisit nobis vtrumque in remedium. de quo remedio cantat ecclesia in oratione. Sit absolutio scelerum sit fortitudo fragilium. sit praemundi pericula firmamentum. Est enim in remedium praeter peccata praeterita. adeo dicit Sit absolutio scelerum. contra peccata praesentia. adeo subdit. Sit fortitudo fragilium. contra peccata futura. id subdit Sit praemundi pericula firmamentum etc.

De sancta Maria magdalena.

Sermo primus.

Ego sto ad ostium et pulso. Apo. in. Dominus in praesenti vita noluit habere hospitium temporale. unde in aliena domo fuit natus et in aliena domo conversatus et inspiratus in alieno sepulchro sepultus. Voluit tamen habere domum spiritalem que est cor nostrum quam tamen desiderat ut etiam ostium eam querat dicens. Ego sto ad ostium et pulso etc. In hac duplicem domum beata maria magdalena christum recepit. In domum temporalem ut ipsum corporaliter reficeret. Luc. x. Intrauit ihesus in quoddam etc. Et in domum spiritalem ut eum pasceret spiritualiter. Grego. Apud phariseum veritas pascebat foris apud mulierem peccatricem. sed penitentem pascebat intus. In praemissis ergo vobis ponuntur plures cause quare christus ostium cordis nostri sibi postulat aperiri. Prima namque sumitur ex consideratione persone stantis cum dicit Ego. quod quidem pronomen per tribus nominibus supponit. Ego scilicet ihesus christus filius dei. Homo igitur infirmus libenter aperit suo saluatori. mestus suo consolatori. ab hostibus obsessus suo liberatori. ac si dicat christus libenter debemus tibi aperire. quia tu es infirmus et ego sum ihesus. id est saluator tu es mestus et ego sum christus et consolator. tu es ab hostibus obsessus et ego sum filius dei

tuus scilicet liberator. Beata igitur maria magdalena erat infirma. mesta et obsessa. quia erat infirma libenter recipiebat iherosolymum meum dicum et saluatorem qui sanavit eam valde faciliter hoc est cum quatuor verbis dicens. Remittuntur tibi peccata tua. Ipse etiam in david peccatum adulterii et homicidii sanavit cum tribus syllabis cum dixit Peccavi. Unde Augu. Quantum valent tres syllabe peccavi. sed in his tribus syllabis flamma cordis ascendit in celum. In mattheo sanavit peccatum avaricie cum quatuor alijs syllabis quas christus dixit ei. Math. ix. Sequere me. In paulo vero sanavit peccatum superbie quinque verbis quoniam dixit Act. ix. Domine quid me vis facere. In petro autem sanavit peccatum negationis paucis lacrimis quando egressus foras fleuit amare. Secundo maria erat mesta. id est libenter recipiebat christum consolatore. Suas autem mesticiam ostendebat per lacrimas quas fundebat. Fudit enim quatuor genera lacrimarum scilicet lacrimas compunctionis ex peccatorum recordatione. Lu. vii. Lacrimis cepit rigare pedes eius etc. Compunctionis in fractis sui morte. Jo. xii. Ihesus ergo ut vidit mariam plorantem etc. Doloris ex christi passione Lu. xxiij. Sequebantur ipsum mulieres etc. Amoris ex corporis christi substracti desiderata visione Jo. xi. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Christus autem eam consolatus est. in lacrimis compunctionis peccata sua sibi remittendo. in lacrimis passionis fratrem suum resuscitando. In lacrimis doloris post resurrectionem sibi apparendo. in lacrimis amoris suam praesentiam sibi exhibendo. Tercio erat obsessa. et ideo libenter recipiebat dei filium auxiliatorem et liberatorem. Erat quidem obsessa a demonibus sed christus eam liberauit. quando septem demonia ab ea eiecit. Erat etiam obsessa ab hostibus. quia phariseus dicit eam esse immundam. mattha dicebat eam esse ociosam